



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 1. Historia vitae Cardinalis Borromæi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
CONTINUATÆ  
*LIBER CLXIX.*

PIUS IV. postea PIUS V. SUMMI  
PONTIFICES,  
MAXIMILIANUS II. OCCID. IMP.

§. I.

Sæcul. XVI.

A C. 1565.

*Historia vitæ Cardinalis Borromai.*

Non pauci, qui a Pio IV. purpura  
decorati sunt, hunc dignitatis ho-  
norem in acceptis referre debebant  
precibus Cardinalis Caroli Borromæi  
Mediolanensis Archiepiscopi, qui Pii IV.  
Nepos (\*) in Ecclesia summa venera-  
tione colitur, ejusque memoria hodie-  
dum

*Guiffano in  
vita Caroli.  
Borr.*

*Carol. Epist.  
Novarit. in  
vita Carol.  
l. 1. Ciacon.  
tom. I.*

*3. pag. 891.  
seq.*

(\*) Forte etiam hic sanctissimus Cardina-  
lis ad resarcendas execrationes, quas sibi  
Pius IV. accersebat, suis precibus confere-  
bat. Vide §. CXX. Lib. CLXVIII. Forte Pius  
IV. etiam immoderatum suorum Nepotum af-  
fectionem exerebat, eoquod Sanctissimum hunc  
Virum Cardinalium Collegio adscripsit?

Sæcul. XVI. dum ubique celebratur. Natus is erat  
A.C. 1565 Aronæ ad Lacum Majorem in Mediolanensi Ducatu die secunda Octobris Anno post Christum natum millesimo quingentesimo trigesimo octavo, Parentesque habuit Gilbertum Borromæum Aronæ Comitem, & Mariam Medicæam Pii IV. & Marignani Marchionis Sororem. Jam a teneris annis Carolus luculenta Sanctitatis, ad quam vocatus erat, specimina edebat, ejusque parentes ex propensa ad omnem pietatem indole haud obscure colligebant, hunc Filium Ecclesiæ Ministerio dicandum esse; quapropter illum tonsura insigniri, ac Ecclesiastico habitu indui facile consentiebant, porro nonnisi duodecimum ætatis suæ annum agebat, cum Julius Cæsar Borromæus eidem sancti Gratianni Abbatiam cedebat, cuius tamen proventus puerili sua ætate superior jam tum sublevandis pauperibus, ac suorum Religiosorum Reformationi cum tanto successu impendebat, perinde acsi omnem Veterani Abbatis experientiam, atque auctoritatem jam tum possedit. Postea humaniorum literarum studiis Mediolani absolutis Patavium missus sub Francisco Alciato juri tam Canonico, quam civili operam navabat, atque adhucdum hisce disciplinis incumbens a Cardinale Medi-  
cæo,

cæo, qui postea Papa Pius IV. elige- **Sæcul. XVI.**  
batur, altera Abbatia, ac pingui Prio- **A.C. 1565.**  
ratu honorabatur, quorum tamen re-  
ditus nunquam vel ad augendum suum  
famulatum, vel ad majores expensas  
impendebat.

### §. II.

#### *Sub Pio IV. Cardinalis creatus, ac gravibus negotiis præpositus.*

Mortuo Patre Carolus sua studia in- **Guiffau l. I.**  
terrumpere, ac Mediolanum re- **c. 5. & 6.**  
dire cogebatur, ubi vigesimo primo æ-  
tatis suæ anno totius familiæ sollici-  
tudo ejus humeris imposta erat: post-  
ea autem Patavium reversus, ac Do-  
ctoratus laurea decoratus vix Medio-  
lanum redierat, cum Patruum suum  
ad supremi Pontificatus dignitatem  
ejectum perciperet, ubi illico a neo-  
electo Papa Romam vocatus, evoluto  
Mense Cardinalis creabatur, ejusque  
curæ gravissima, quæ in Ecclesiæ re-  
gimine occurrabant, committebantur  
negotia: nec tamen propterea a pio  
animi sui proposito deflecebat, sed po-  
tius, ut suo muneri eo accuratius fa-  
tisfaceret, erexit academiam doctorum  
tam Ecclesiasticorum, quam sæcula-  
rium, qui indefessam navarent operam  
illis præcipue scientiis, quæ ad vitii  
odium, virtutisque amorem salubriter  
inspi-